

INCIPIT EPISTOLA DECRETALIS SOTHERI¹ PAPAE DE FIDE.

[H. 1] Sother apostolicae sedis archiepiscopus Campanis omnibus salutem in domino.

Gaudere vos oportet, fratres, quod divina² largiente gratia familiares domini vocamini eiusque sacerdotii dignitate fungimini. Nunc³ autem rogo vos, ut circa plebes⁴ vobis

5 commissas laborare dignemini et fructuosos manipulos domino reportare nitimini.

Paulus enim apostolus de fide loquitur ita dicens: Quod ante promiserat, ait, per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem.

Item ipse ad Galathas: Postquam autem venit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum⁵ ⁶ ex muliere, factum sub lege. Et ad Philippenses: In similitudinem hominum factus

10 et habitu inventus ut homo. Et in psalmo XXX: Infirmata est in paupertate virtus mea, et ossa mea conturbata sunt, et super omnes⁷ inimicos meos⁸ factus sum opprobrium. Item ibi:

Oblivioni traditus sum tamquam mortuus a corde. Factus sum⁹ quasi¹⁰ vas perditum. Et in LXX: Tamquam prodigium factus sum multis, et tu adiutor fortis. Et in LXXII: Ut

iumentum factus sum apud te, et ego semper tecum. Et in LXXVI¹¹: Montes¹² Sion dicit¹³:

15 Homo et homo factus¹⁴ est in ea, et ipse fundavit¹⁵ eam altissimus. Et in LXXVII¹⁶: Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Et in CVIII¹⁷: Et factus sum obprobrium

illis, viderunt me et moverunt capita sua. Et in CI: Vigilavi et factus sum sicut passer singularis in tecto. Et in evangelio: Verbum caro factum est et habitavit in nobis.

Et in evangelio: Verbum caro factum est et habitavit in nobis.

[H. 2] Filius igitur secundum carnem dicitur factus. Nam secundum divinitatem a patre

Quellen:

2: *Campanis* sec. vit. Sot. c. 1. in libr. pont. („natione Campanus“).

5: *et - nitimini* sec. Greg. M. hom. I. 17. no. 16. (1,1054). Cf. Clem. 27, Anacl. 35, Fel. I. pp. 7, Lib. 2, Dam. de corep.

6-45: *Quod - caelo* (c. II.), Idacii Clari lib. adv. Varimad. (p. 729. 730).

Rezeption:

19-47: Filius – aevum: Coll. Ans. ded VIII,8.

¹ SOTHERIS V630

² divinas I83

³ Num O93; I83

⁴ plebes *korr. aus* plebs V630

⁵ factum ex muliere] ex muliere factum et V630

⁶ natum I83

⁷ omnes *fehlt* VD38

⁸ meos *fehlt* V630

⁹ sum *fehlt* VD38

¹⁰ tamquam V630; VD38

¹¹ octuagesimo VI I83

¹² Mater V630; I83; VD38

¹³ dicet V630; I83; VD38

¹⁴ natus VD38

¹⁵ funda I83

¹⁶ LXXXVII I83

¹⁷ CVIII I83; VD38

20 nusquam legitur factus, sed genitus. Dum enim pater loquitur, filius¹⁸ loquitur, et cum filius loquitur patrem in illo loquentem¹⁹ documentis caelestibus comprobatur Paulo apostolo^{20 21} attestante, qui ait: Multis²² partibus multisque modis olim deus locutus est patribus in prophetis, novissime autem locutus est nobis in filio. Et ut eundem filium excepto patris praecepto doceam fuisse locutum, ex Isaiae prophetae volumine proferimus documentum:

25 Haec dicit dominus: In illa die sciet populus meus, quoniam ego sum ipse, qui loquebar in servis meis prophetis evangelizans auditum pacis, et ecce adsum. Item ibi: Ego sum dominus, qui loquor iustitiam et annuntio veritatem. Item ibi: Cogitavi et locutus sum et adduxi et creavi et feci. Et apostolus: An experimentum quaeritis eius²³, qui in me loquitur Christus? Et in psalmo CXVIII: Loquebar in²⁴ testimoniis tuis in conspectu regum, et non

30 confundebar. Et ipse dominus in evangelio caeco a se illuminato dicit: Et vidisti eum et, qui loquitur tecum, ipse est. Et Samaritanae mulieri ait: Ego sum, qui loquor tecum. Et ad discipulos: Verba, quae ego²⁵ locutus sum vobis, spiritus et vita sunt. Et ad patrem: Ego ad te venio et haec loquor in mundo. Et iterum Iudaeis dicit: Loquor vobis, et non audistis. Si autem venerit alius, illum audietis. Et iterum: Haec locutus²⁶ est dominus²⁷ in gazophilacio

35 docens in templo et nemo appraehendit eum, quia nondum venerat hora eius. Ecce in his omnibus, quae superius²⁸ dicta sunt, non docetur filius praecepto patris fuisse locutus²⁹, sed magis proprium exercuisse in loquendo sermonem. Isaias quoque propheta ait: Haec³⁰ dicit dominus: Ego feci terram sensu meo et hominem super eam, ego solidavi caelum manu mea, ego omnibus sideribus mandavi, ut lucerent in caelo. Item ibi: Omne

40 consilium meum studui, et omnia, quaecumque³¹ cogitavi, ego feci. Item ibi: Sic dicit dominus, qui constituit caelum et terram et³² fecit eam, ipse finivit eam. Item ibi: Ego primus et ego in aeternum, manus mea fundavit terram, dextera mea solidavit³³ caelum. Item ibi: Ego feci terram in fortitudine mea³⁴ magna et in³⁵ brachio meo³⁶ excelso. Et in

¹⁸ filius loquitur *fehlt* VD38

¹⁹ loquente V630

²⁰ apostolo *fehlt* I83

²¹ apostolo attestante] adtestante apostolo O93

²² Multis partibus] Multifarie VD38

²³ eius *fehlt* V630

²⁴ de V630

²⁵ ego *fehlt* V630

²⁶ locutus est *korr. aus* locutus N442

²⁷ iesus O93

²⁸ superibus VD38

²⁹ locutum O93; I83

³⁰ Ec I83

³¹ quaecumque cogitavi *korr. aus* quaecumque V630

³² et *fehlt* VD38

³³ solidavi VD38

³⁴ mea *fehlt* V630

45 Hieremia³⁷: Dominus fecit terram in virtute sua magna³⁸ et erexit orbem terrae in sapientia et prudentia sua³⁹, extendit caelum et posuit sonum aquae in caelo.

Defendite, carissimi, rogamus⁴⁰ contra malivolos homines inconcussum⁴¹ ecclesiae statum⁴²⁴³, ut vos⁴⁴ Christi⁴⁵ dextera defendat in aevum. Data Nonas Maii Rustico⁴⁶ et Aquilino vv.⁴⁷ cc. cons.

Quellen:

46f.: *Defendite - aevum* fin. Leon. M. ep. 44. (1, 917).

47f.: Nota cons. desumta e vit. Sot. c. 1. in libro pontif.

³⁵ in *fehlt* VD38

³⁶ meo *fehlt* I83; VD38

³⁷ hieremia *korr. aus* hieremiam I83

³⁸ magnam I83

³⁹ sua] sua et VD38

⁴⁰ rogamus] rogo vos V630

⁴¹ am *Rande* firmum VD38

⁴² am *Rande* ordinem VD38

⁴³ statum *korr. aus* statu N442

⁴⁴ vos *korr. aus* vox V630

⁴⁵ Christi dextera *korr. aus* Christi V630

⁴⁶ Rustico et *fehlt* I83

⁴⁷ vv. cc. cons.] v. c. cons. I83